

B. M. II sp.
h. 12, 5.

X 187 6070

2. D. B. V.
De

II R
1572

REGE
ROMANORUM,

PRÆSIDE

DN. NIC. CHRISTOPHORO
LYNCKERO, JCTO

CONSILIARIO AULÆ REGIM,

ET CONSIST. DUCAL. SAXON.

FACULT. JUR. SENIORE ET H. T. DECANO:

CUR. PROVINC. AC SCABIN. ASSESS.

ET ANTECESSORE PRIMARIO:

DOMINO PATRONO ET PRÆ-

CEPTORE SUO COLENTISSIMO:

IN

AUDITORIO JCTORUM

DIE FEBRUAR.

A. O. R. M DC LXXXVI.

DISPUTABIT

JO. ZACHARIAS PREU,

WEISSENBURGO NORICUS.

J E N Æ,

RECUS. Literis WERTHERIANIS,

ANNO 1699.

299.

19.
11-6
f. 21.





DE
R E G E
R O M A N O R U M.

Primariæ quæstiones sunt
I. de *Comparatione sive
differentia Regis Romano-
rum cum aliorum Regno-
rum successoribus.* vid. *Limn. l. 2. c 15.
§. 3. & 4.* II. *Differentia inter Im-
peratorem & Regem Romanorum.* vid.
*Idem l. d. §. 46. & seqq. & ad A. B. c. i.
§. i. obs. 5.* III. *De potestate & au-
toritate Regis Romanorum.* IV. *De
jure eligendi Romanorum Regem vi-
vo Imperatore.* Nam de nomine V.

non est magnopere laborandum, nisi quod tempus, & diversa pro tempore significatio hac occasione annotata. vid. *Limn.d.l.*

Quantum ad primum attinet, id ferè alienum est, neque huc multum facit: (a.) sicut & illa de nomine Regis (b.) quæ adferuntur apud *Speidel. in voc. König. Römischer König.*

(a.) *Neque huc multum facit.* Nam illi, quamvis *aliis nominibus* insigniantur, successioni atque spei illius insistant; Rex Romanorum electione ipsoque actu potestatis, atque gradu Dignitati Imperiali proximò, & in aliquibus simili, nititur. Illi quandoque Provinciam Regni tenent dependenti jure, usque dum penitus Regno potiantur: ut *Delphinus* olim Franciæ & *Heredes Norwegiæ*, (quò tamen nomine *Duces Holsatiæ* omnes gaudent,) Daniæ Successores Principes. Sed Rex Romanus nil à Regimine summò separatum habet; nisi quòd Carolus M. superstes adhuc Pipino filio suo Italiam, Ludovicus Pius eandem Lothario dederit: quos tamen nec ipsos ad rationem modernam Reges Romanos dixeris. *Cæsar* verò, cum nomen illud Principem successorem designaret, neque

que dignitatem Imperii, (cùm Imperium non teneret,) neque potestatem ex se habuit: minor adeò Regibus modernis. Ita Ferdinandus II. Imper. filium suum Ferdinandum III. anno 1627. in Regem Bohemiæ coronari quidem facit, ut is protinùs Dignitate Regiâ conspicuus esset; nec tamen vivò Patre Regnum capesseret: indeque nulla harum specierum Regem Romanum referre potest.

(b.) *nomine Regis.* *Rönig* *Speidelio* dicitur ex *Reineccio* à *fönnen*: βασιλεύς quasi βᾶσις λαῶν. (Latinis appellari *Regem* ingenii lusu volunt à ῥέζω, facio, quod verbum in sacris usitatum fuerat, ejusdem significatùs cum voce ἱεργργῶ, quòd Reges olim sacrificia peragerent.) Idem *Speidelius* cum cæteris nomen Regis post Tarquinium ejectum exòsum Romanis & in Jure Justinianéo paucis locis occurrere scribit. Cætera promiscuè dicta contemni merentur, quando ait, Reges initió non nisi summos & absolutos Magistratus fuisse. (Abutitur enim voce Magistratus) Potestatem absolutam non dari, aut illicitam esse. Reges Romanos olim majorem habuisse potestatem, quàm moderni Imperatores. Hactenùs *Speidelius*. Sanè post Tarquinium nomen Regis non facilè ulli usurpatum est. Inde Julius Cæsar plebi Regem se salutanti, *Cæsarem* se non *Regem* esse, respondit. Sveton. *in Jul.* c. 79. Quod cùm imitarentur reliqui, *Cæsaris* nomen inter Dignitates esse cœpit. v. Freherum *ad Andro* l. 8. pag. 151. Equidem *Feudorum jura* plerumque Imperatorem *Regis* nomine appellant, indeque *regalia* deducuntur. Et tamen *Imperatoris* quoque nomen in Feudis obvium est. *I. F. 14. pr. I. F. 18. pr. II.*

D E R E G E

F. 53. § c. De eo hinc disquiri poterat *cum* *Limnaeo* II. *cap. 15. n. 9.* An Rex non dicatur rectius *Germanorum* quàm *Romanorum*? Quod *Limnaeus* asserit. Nam (1.) si Imperator Coronam Romanam nec dum habeat, ipsummet Regem tantum Romanorum esse putat: Sicque duos fore Reges Romanorum in Imperio. (2.) Melius discerni posse duo Capita, unum Germanici, alterum Romani Imperii. (3.) Non esse *Romanorum*, quibus non immineat, sed *Romanum*. Interim largitur, usui sermonis cedendum esse. Enimverò *Rex Romanorum* meritò dicitur, intuitu Primatus Urbis & Imperii Romani, vi propioris Conventionis inter S. P. Q. R. ac Pontificem, & Ottonem M. Saxonem, Regnumque Germanicum: per quam is qui in Regem Germaniæ electus est, eò ipsò *Rex Romanorum* constituitur. *Lupold. de Bebenb. cap. V. § seqq. d. Jure R. § I. Roman.* Exhinc *Conradus* Friderici II. Imper. Filius à Proceribus Imperii electus, *Rex Romanorum* dictus est. *v. Chronic. Belgic. Magn. pag. 235. Stephan. Baluz. L. 1. Miscell. pag. 479.* licet eò usque sub titulo Regum Germanorum Successores ad Imperium provehi soliti fuissent: repetitò videlicet ex Hadriani Bullâ more suscipiendâ titulum Regis Romanorum, & ut Pontifex consecrationem protrahere imposterum desisteret. Valeat ergò *Limnaeus*. Nam (*Ad 1.*) Imperator est, quam talem vult electio, licet *Coronâ Papali* non insignitus; Rex verò manet, quamvis coronam Papalem suscepisset: cum potestas eamve habendi ratio à corona non pendeat, sed *ab electione* ejusve modò: ac proinde Pontificia corona Regem quoque arguat eum, qui in Regem electus est *add. ipsum Limnaeum ad artic. 31. Capitul. Rudolphi II. pag. 523. & solidius*

dius, per seriem Historicam, (quòd illi quoque *Imperatores* dici possint & dicti fuerint, quos Pontifex nondum coronâssent,) Goldastum *in Repl. pro Imperio*, c. 36. Quin & ante Carolum Crassum vivis Parentibus ad successionem designati, statim dicebantur *Imperatores*; (quamquam Lotharius filium suum à Sergio Pontifice coronatum *Imperii quoque consortem* fecerit.) Postmodum, Francis adhuc durantibus, appellatio Regis pro successore invaluit. Sed *Otto I.* filium suum Ottonem juniorem à Principibus electum, primùm Aquisgrani, dehinc iisdem annuentibus (Lehmann. *V. Chron. Spir. II.*) superstes adhuc, à Johanne Papa XIII. coronari, eumque *Imperatorem* appellari fecit: ut bini simul Imperatores existerent. Onuphr. Panvin. *d. Comit. c. 8.* Quamvis autem *Imperator*, existente Romanorum Rege, non utatur nomine *Regis Romani*, (ut discrimen personarum in *eximia* designatione servetur,) vim tamen nominis retinet; neque *Regis Germania* aut cæterorum nominum quicquam dimittit. Num verò Rex Romanorum idem sit, qui *Rex Italiae*? de eo alibi videbitur. (*Ad 2.*) Appellat quidem Rex Romanorum se quoque *Regem Germania*, *König in Germanien*. Reichs A. zu Speyer / 1542. pr. Reichs. Ab. zu Nürnberg. 1542. pr. Reichs. Abschied. . 1555. pr. Reichs. Abschied. 1557. pr. Sed *idem* nomen *Cæsar* servat, & uterque axiomate illò pari jure gaudet. Sat discriminis est in *sublimi* Imperatoris & Regis *Romani* nominibus; imò discrimen illud personarum nullis aliis rectiùs exprimere licet. (*Ad 3.*) Valet *in Romanos* eâdem potestate, quâ *Cæsar*: quinam verò *Romanorum* nomine veniant, aliàs exponetur.

Diffe-

Differentiam *Regis Romanorum* ab *Imperatore*, à ceremonialibus (c.) ferè deducit *Limn. dicto cap. 15. l. 2. §. 46. usque ad fin.* est autem hic accuratius agendum, aliter enim consideratur Rex Romanorum, qui in casu vacantis Imperii eligitur, mox in Cæsarem promovendus. Hic enim ab ipso Cæsare non nisi nomine fere differt. (d.) At verò, qui vivo Imperatore eligitur, nihil potest (e.) Imperatorium aut Regium facere, nisi ex commissione (f.) Imperatoris. Sicut ne de cæteris dicatur, ex literis Car. V. Imperatoris in Belgium discedentis ad Electores & Ordines Imperii apud *Goldast. & alios Actorum publicorum Collectores* apparet. Vide omninò tradita *Limn. ad Capitul. Maxim.*

II. 56

II. & c. & tom. V. p. 80. usque ad 90.
 Et ad Capitul. Rudolph. II. p. 518. &
 519. Et quæ de assumptione Coronæ
 Imperialis (g) annotantur p. 523 &
 seqq.

(c.) à ceremonialibus ferè deducit.

Nam aliæ quoque sunt quàm *Ceremoniarum* differen-
 tiæ. In universum discernuntur, quòd (1.) Imperator
 non amplius Imperatore superstitè, Rex verò semper ei
 in Consortium eligatur. (2.) Certus electioni terminus,
 ut Imperatoriæ in cap. 1. *Auræ Bullæ* tempus trimestre,
 præfixum non est. Et *Transactio Cadavensis*: Die Ehur-
 fürsten sollen/ Vermöge der Guldnen Bulle/ zur Königl.
 Wahl erfordert / und derselben Guldnen Bulle in allem
 unverrücklich nachgegangen werden. De convocatione
 ipsâ, non de tempore modòque illius, disponit. Quin-
 potius (3.) priusquàm Diata Electoralis extraordina-
 ria intimetur, Sollen alle Ehurfürsten zusammen be-
 schieden werden / (nec enim deliberatio extra conventum
 sufficit:) davon zu reden / ob Ursach gnug vorhanden:
 Und alsdann die Ehurfürsten zur Königlichen Wahl
 erfordert werden. (4.) Imperatori, & vel maximè
 Patri, cum Filius ejus electus est, denunciatur electio:
 inde gratias agere solet Imperator Collegio, suamque
 curam in instruendo Rege promittere. (5.) *Cæsar* Re-

B

gem

gem, postquam electus est, pro tali haberi *mandat*
 Limn. ad art. 18. Capit. Maximil. II. p. 205. Quale man-
 datum adhiberi in Constitutione Imperatoris non pot-
 est. (6.) Ferdinandi I. qui vivò Fratre Carolo V. Im-
 per. in Regem Rom. 5. Jan. 1531. Colonia electus (Slei-
 dan. VII. S. R. p. 206.) *juramentum* consuetum præstite-
 rat, non protinùs *Capitulatio*, quòd normâ eadem &
 potestate, quâ *Carolus*, hòc superstite, uti posset; verùm
 post secutam demum abdicationem Caroli V. & extin-
 ctam adeò Capitulationem Carolinam, præscripta est:
 quam observaturum se esse anno 1558. *Frankofurti* pro-
 misit. Posthæc autem *cuiusvis Regi* statim ab Electione
 sua contigit *Capitulatio*. Maximilianus tamen II. &
 Ferdinandus III. *Ratisbonæ* electi, Capitulationem *Frank-*
cofurti, Ferdinandus IV. Augustæ Vindelic. electus, ibi-
 dem quoque Capitulationem, subscripsere. *Differunt*
 verò Capitulationes Regiæ ab Imperatoriis in his, quæ
 Imperatoris prerogativam & exercitium Majestatis
 concernunt: (7.) Non *jurant* Electores electo Regi, nisi
 cum Imperiale Regimen aggreditur: intereà potesta-
 tem Cæsaris sustinenti spontè cum cæteris obsequuntur;
 sicut *Judex* etiam *Spirensis Camera*, ejusque *Assessores*,
 Imperatori, sed non etiam Regi Romanorum, juramen-
 tò adstringuntur. Sic de *statibus Ferdin. I. in proem. Ca-*
pitul. Alle Stände ihrer Eid und Verwandniß /
damit Sie Kayserslichen Majestät verbunden gewesen /
zu erlassen / und Sie damit an Uns zu weisen.
 Vim tamen *obligationis* in se Regem, protensæ inculcat
 Ferdinand. I. *Reichs Absch. zu Augspurg / 1555. S. 43. bey*
Pflicht / damit ein jeder hochgedachter Kayserslichen
 Maj.

Majest. Uns / und dem Heiligen Reich / zugethan ist.
 (8.) Caesar nunquam agit *nomine Regis*. Rex plerum-
 que nomine Imperatoris: atqui regi etiam à Caesare
Commissarii quandoque junguntur. (9.) *Dignitate*
 quidem simpliciter Imperatore non est minor Rex Ro-
 manorum: est tamen gradu & ordine Dignitatis. (10.)
 Discrimen circa *modum habendi Potestatem* inferius se-
 quetur: (11.) Caesar ipsum appellat **Euer Liebden /**
Rex Caesarem, Euer Majestät. & ut fratrem, **Euer E. und**
Majest. E. S. D p. II. Tit. 7. imò seinen Herrn / non ra-
 tione Majestatis, quam & ipse Rex actu tenet; verum
 causâ *venerationis*, & quoad *prioritatem Ordinis*: cujus
 adeò memoriam post obitum Caesaris servat: ut Fer-
 din. I. post decessum Caroli V. ReichsAbsch. zu Augspurg/
 1559. pr. Unser Bruder und Herr. & Maximil. II.
 ReichsAbsch. 1566. pr. Unser geliebten Herrn und Va-
 ters. (12.) Dicitur das Haupt. ReichsAbsch. 1555. S. 66.
 ibi: die Häupter. Imò das oberste Haupt im Reich /
post Caesarem ordine, sed *cum eo* potestate, & respectu
 Statuum ac Subditorum. Sic & *Literis* Caroli V.
ad Commissarios Augustan. apud Limn. ad Capit. Maxi-
mil. II. pag. 499. nach Uns im Heiligen Reich das oberste
 Haupt. Malè *Limneo* caput *vicarium*. Quin & *presen-*
te Caesare caput est. ReichsAbsch. 1564. S. 5. ibi: Uns
 und den Römischen König / als die Häupter / zu verhin-
 dern. Nil monstrosi hoc in Corpore civili seu mysti-
 co. (13.) Utitur prædicatō Allezeit (it. zu allen Zei-
 ten /) Mehrer des Reichs. ReichsAbsch. zu Speyer. 1542.
 pr. ReichsAbsch. zu Nürnberg 1542. pr. ReichsAbsch. 1555.
 pr. ReichsAbsch. zu Regensp. 1557. pr. Reichs A. zu Speyer /

1557. *pr.* Latinò quoque idiomate, non modò *Augustus*: *Libr. d. Pac. Const.* verùm etiam *semper* Augustus dicitur: ùt in Sigillo Ferdin. III. Rom. Regis; Sed *nuspian invictissimus*: nam hoc ad Monarchiæ apicem pertinet. (14.) *Aquilam* gerit *unicipitem*, *dextrò* solum *capite* prominente: (*Höpping. c. VI. d. 7. insign. num. 363.*) quòd indecorum esset, eam ad sinistram respicere. Nigra illa est, linguâ, rostrò & cruribus coccineis, circulo in capite ejusdem coloris: *apud Chifflet. Ins. Equ. A. V. n. 48.* Cedit hoc caput *Imperatorio capiti* in Aquilâ Imperatoriâ, ubi sinistrum locum occupat. Sed in Aquilâ Regiâ, ubi solum conspicitur, tantò rectiùs ad dextram flexum est, quoniam dum Regia Majestas se exferit, Imperatoris locò, vel saltem eadem, quam ille habet, potestate utitur. Equidem *Ott M. Imp.* unicipitem Aquilam, (ùt in *MSC. Histor.* videmus,) ad exemplum *Caroli M.* habuit, & in Aureâ *Caroli IV.* Bulla uniceps apparet; arbitrariò adhuc dum usu bicipitis: qualem infecutâ ab *Henrico III.* ætate Nostratibus nonnullis, qui *Orientis* Impp. imitati sunt, usurpatos advertimus. Nam si horum duo imperarent, quisque *suam Aquilam* consortis Imperantis Aquilæ univit, ut binis capitibus duo Imperantes indicarentur. Proinde quòd in Occidentis Imperio, eorum qui successuri erant, in consortium Regiminis, certâ ratione introducta admissio, duplicatæ tandem Aquilæ occasionem præbuerit, facilis est conjectio. Utique *Limneus*, quando Ferdinandus I. in Capitulat. suæ Proœmio, semet zu der Ehr und Würde des Könighchen Nahmens und Wapens erhaben zu seyn / memorat, temerè pro Wapen/ Wesen sub-

substituit. *Potestatis* ibi non facit mentionem Ferdinandus; solum quod dicat: *beladen gewesen*. Nam *Potestatis* tantum liberius exercitium consequebatur: quod pertinet *tx. in pr. R. A. 1559. zu Augspurg* / ibi: *Als Ihrer E. und Kayserl. Maj. im Fall der Erledigung des Kayserthums unzweifflichem rechten Successori, und erwahltem Römischen Kayser.*

(d) *non nisi nomine ferè differt.*

Sic & *Limneus*, locò superius citatò, *ad cap. 1. §. 1. A. B. Obs. 5.* ubi *curiam, insignia, sigilla, &c. Regia ab Imperatoris in A. B. discerni notat*: sicut etiam quando in ibi *Rex electus in Imperatorem promovendus, & futurus Cæsar*, esse dicitur, *electio illa & promotio distinctos actus innuunt*: atque *Carolus IV. persuasioni sui temporis, (quem errorem vulgi vocat, ab ipsismet electis, quoties Sedi Pontificiæ studebant, promotum*: *Goldastus in Rational. Constit. Imp. p. 68.) concessit, quâ pro complemento Dignitatis Imperatoriæ Coronatio Pontificia habebatur*: Nec tamen *ratione Potestatis* ipse *Carolus* quicquam *Coronationi Pontificiæ* tribuit: (*liquidem nil ea ad vim Imperii. Goldast. d. l.*) Quare attributa *Cæsar* non semel *Regi in A. B. adscribuntur, nec non cap. 4. & 5. Rex & Cæsar promiscuè positi sunt.* Facit quoque eò *cap. 2. A. B. §. 5. ibi: peractâ statim electione.* Atque sæpius ex hinc pari vigore occurrunt axiomata *Regis & Cæsar*. Ita *E. G. D. zu Wormbs/ 1495. Tit. Wir Prälaten / Grafen. Ubi: Unsers Königl. oder Kayserl. Cammer Gerichts & qui in pr. ReichsAbsch. 1512. dicitur Römischer König: ille circa finem*

R. N. §. Alle und jede. appellatur Römischer Käyser. Si-
 militer *in Reichs-Abſch.* 1512. §. Solches alles. Maximilianus II. ſpondet, als Römischer Käyser / bey ſeinen
 Königlichen Worten. Eo pertinet ſtylus *Capitul.* Leopoldinae, *art.* 37. Unſere Königliche und Käyserliche Re-
 ſidents: & *art.* 44. bey Unſerer Königlichen und Käy-
 ſerlichen Regierung. Et quanquam *Carolus V.* per to-
 tam *Capitulationem* ſuam non niſi *Regio* axiomate utat-
 tur; tamen & is *Imperatorem* ſe ante coronationem
 Papalem, *in* Edicto *Wormat.* 1523, & *electum* Romano-
 rum Imperatorem, poſt ſuſceptam à Pontifice coronam,
 ſe multoties vocavit.

(e.) *Nihil poteſt Imperatorium
 aut Regium facere.* Imò poteſt *Regium*,

& ſi *vim poteſtatis*, (non etiam *ſubjectum repreſentatum*,)
 reſpicias, *Imperatorium* quoque, per *Majeſtatem propri-
 am*, quâ ex *admiſſione* Imperatoris, in *conſortium* ejus, *vi
 electionis* pollet. Non confert ei *Majeſtatem* Impera-
 tor, ſed habet ſe tanquam *conditio* ſine quâ non obti-
 nere poteſt *Rex* *conſortium* ſummæ poteſtatis: ut tamen
Cæſar quoque *invitus*, *Religione* adactus, quâ *Imperii*
ſalutem, ex *conſilio* *Statuum*, *promovere* debet, *admit-
 tere* *Regem* teneatur, cum *neceſſitas* tulerit. Interim,
Majeſtatem eandem numero, eamque *totam* & *perpetu-
 am*, habet *Rex*, quam *Cæſar*, in *actû* *primo*: *actus ſecun-
 dus*, ſive *exercitium*, ex *conventionem* ſeu *pacto capitula-
 tionis*, tum & *Legem* ſeu *obſervantiâ* *Imperii*, *modum* accipit.
Subjectorum tantum in *Imperatore* & *Rege* *diſtinctio* eſt;
Majeſtas eadem, quâ *Rex* agit, *abſente* v.c. *Imperatore*:
 quam

quam & uterque tenet, non ut in *Dyarchia*: nam in ea quidem *indivisa potestate*, sed tamen *distinctum* à duobus subjectis seu personis *simul* agitur: hic non nisi *ab eo*, vel saltim *tanquam ab uno*: nec *dissensus* seu *diverse voluntates* locum habere possunt, ut in *Dyarchia*: ubi licet una *potestas* sit, tamen *voluntas* non una esse potest, ut discordia exercitium potestatis impedire queat. Proinde cum nunquam nisi *una eademque voluntas* in *Cæsare & Rege* *Majestatis exercende* sit, nil impedit, ad effectum rerum gerendarum, *unam numero* *Majestatem*, eamque *individuum*, à *duobus suppositis* seu *personis* sustineri: cum tamen unam numero *Majestatem* in *Dyarchia*, & vel in ipsò Imperiò *Aristocraticò*, admittant necesse sit; tantum quòd *Rex Romanorum*, teneat *separatum* *Majestatis exercitium*, & vicissim *Imperator*: nec tamen nisi unus, vel, ubi utriusque *principaliter* mentio sit, ut in *Reichs-Ab. 1548. S. Wiesohl auch. 66. ibi: So Sie von Uns und Unserm freundlichen L. Bruder / dem Römisch. König / empfangen. Item, in Reichs-Ab. 1542. zu Speyer / S. die Kaysersl. Majestät und Wir. 103. tanquam unus (quòd unus tantum possit,) exerceat. Fidem dictis faciunt sequentia. (1.) Wird der Römische König zur Ehr und Würde / auch Macht und Gewalt des Römischen Königlichen Nahmens erhaben und gesetzt. (2.) Titulum *Majestatis* habet non quà *Dignitatis tantum* index est, verum etiam quà *Potestatis summa*. *Reichs-Ab. 1544. S. 46.* (3.) *Aurea Bulla* utitur; *Capitul. Ferdin. III. Reg. Art. 46. encaustò* etiam, (de quò *Panciroll. I. Var. lect. cap. 77.*) quod *Documenta recentia* ejusdem *Ferdinandi III., Regis**

gis adhuc, comprobant: & eidem *mensa*, quâ Cæsar, in
 diætâ Electionis, adsidet. (4) *Status* universos & sin-
 gulos appellat *suos*. v. Reichs-Absch. zu Augspurg 1555.
 & passim: illique *reverentiam* ei & *obsequium* debent,
 æquè ac Cæsari *vid.* Goldast. *Part. 2. R. S. pag. (5.)* Con-
 firmat *Electores*, juxta A B protinus ab Electione, ut
 & aliis *Principibus* & *Statibus* sua *Jura* & *privilegia*, eo-
 rumque *concessionem* & *vigorem* sibi vindicat Reichs-A.
 1555. §. 43. ibi: *Regalien/Lehen/Freyheiten/Privilegien/*
Gnaden/Schutz und Schirm/ &c. den ein ieder von der
 Kånserlichen Majestät Uns und dem Heiligen Reich
 hat. (6) *Majestatem* exercet *suo nomine*, für sich
 selbst. Ferdin. I. *Capitul. Reg. art. 2* Reichs Ab. zu Speyer.
 1542. §. 3. 69. 124. Reichs-Absch. 1555. §. 65. & *Imperium*,
 (*in fin. Capitul. & Diplom. Unserer Reiche/des Römischen*
im ersten &c Jahr.) & *Regimen*. Unserer Königlichen
 und künfftigen Kånserlichen Regierung. *Capitul. Reg.*
Ferdinandi III. art. 47. Capitul. Reg. Maximiliani II. pr.
 (7.) *Pollet plenitudine Potestatis*. Reichs-Abschied zu
 Speyer 1542. §: 102. ibi: Von Römischer Kånserlichen
 und Königlicher Macht und Vollkommenheit ut & in
 Reichs-Abschied zu Nürnberg. 15542. §. 24. & Reichs-
 Abschied 1555. §. 43. (8) *Crimen Majestatis* (quod
 malè negat Carpzov. 1. *Qu. Crim. 41. num. 53.* & nuper alii.)
in ipsum, adeoque *efficienter* tale, (non solum in ipso, ut
Electores, *subjectivè*,) committitur. (9.) *Comitia*
 indicit, iisque cum plenâ potestate *præest*. Reichs-Absch.
 zu Regenspurg. 1557. Reichs-Abschied zu Speyer. 1557.
 (10.) *Leges* condit. E. S. D. 1555. Cap. Regia Ferdin. I.
art. 2. (11) *Privilegia, Regalia, Beneficia*. &c de
 no-

novo tribuit. *apud Reinking. d. Reg. Sec. & Eccl. p. 329. & c.*
 (12.) de *Feudis majoribus* æquè ac de *minoribus* inve-
 stit. *Tb. Michaël de jurisdic. Conclus. lit. e. vid. Literas*
investit. Henrici Roman. Regis, (filii Frid. II. Imp.) in Co-
mitiis Norib. 1226. & alias de anno 1224. in P. 8. Diar.
Europ. Append. p. 51. (13.) de iisdem cognoscit: & ab e-
jus cognitione, si quâ etiam in aliis eum fungi necesse fue-
rit, ad Cæsarem, eò quòd cum isto unam jurisdictionem
habeat, non appellatur. c. 3. d. Appellat. in 6. (14.) Ipse
cum Cæsare unum forum sortitur, arg. A. B. cap. 5. (15.)
Ad Reservata Cæsaris, suò etiam unius nomine, (cùm spe-
ciale mandatum frustra Mattb. Stephani. L. 2. de jurisdic.
P. 1. c. 2. n. 62. exigat:) manum extendit: indeque Comites,
Dynastas & c. creat. Reichs-Absch. 1548. §. Wiewohl. 66.
Imò & Principes. Cap. Reg. Ferd. III. art. 47. (immeritò ad
d. Capit. p. 737. vocem Und captante Limnaò:) sicut quo-
que Equites suò tantum nomine creare potest: nec mi-
nus confirmat Academies. C. S. D. P. 1. Tit. 3. §. Des
gleichen. Ulterius (16.) Bannò percutit, æquè ac Cæsar:
illudque suspendit. Reichs-Abschied zu Speyer. 1544.
§. Und sollen die Goslarischen. in mulctam convertit.
Königlicher Land Fried. Tit. von Gewalt des Cam. Ser. ab
eòdem absolvit. Reichs-Absch. zu Speyer. 1542. §. die Kay-
serliche Majest und Wir. 103. Denique ea tantum non
potest, nec posse debet, Rex Romanorum, quæ nec ipse
potest Cæsar, aut non vult Regem posse, nec velle potest;
faltim non voluntate generali aut tacitâ. Hinc Rosenth.
c. IX. membr. 1. Conclus. 30. d. Feud. num. 5. seqq. nil posse Re-
gem tradit, ad jus Imperii directum lædendum: ceu nec
potest alienare quicquam ex Imperio; nec alienati con-

C

fen-

sentire: Idem *d. l. & Tb. Michaël. d. concl. 29. lit. g.* aut efficere, quò minus Feudum Imperio aperiatur. M. Stephan. *d. l. n. 60.* Nam si hæc talia Rex Roman. suscipiat, Cæsar *ob defectum consensus unanimes* eadem impedire potest; quò pertinet exemplum Caroli V. *in Voto 8. Tom. 1. Symphor. Gylmanni Part. 3. in S. Northausen contra Notenburg.* Quòd verò Limnæus *ad art. 15. Capit. Reg. Ferdin. III. voc. ins Künfftig.* vivò Cæsare, Regem Romanorum se *bellicæ rei dispositioni* immiscere non posse, velit: illud recipi non debet. Nullibi enim Regi Roman. hujus potestatis quid subtractum est; saltim quòd ipsum in eâ, non minùs ac cæteris, *rationem modi potestatis sibi collata* servare conveniat. Quin potius vel maximè Imperio expedit, ut cum necessitas impeditò Cæsare ingruit, *unius capituli* provisioni cura illa committatur. v. *Reichs. Absch. zu Speyer 1542. per tot.*

Quòd si reliquos Publici juris interpretes *de Majestate Regis Romani* consulas, omnes variè dissentiunt. *Schützius* eandem Majestatem cum Cæsareâ largitur, sed solummodò exercitiò: *Strauchius* distinctam esse & vicariam, sed à Lege, nec simpliciter delegatam. *Limnæus* duplicem in Imperio, *Rümelinus* cum Notatore suo *Mylero* nullam in Rege Majestatem agnoscit. Sectatores sententiarum nominare supersedeo. Brevibus saltim hòc locò argumenta Limnæi, tum & Rümelini iustremus. *Limnæus in Add. post. ad Lib. 11. J. P. c. 15. p. 87. & in not. ad Art. 32. Capitul. Rudolphi II. pag. 528. num 18. seqq.* his *rationibus* movetur. (1.) Possè duo summa esse in eadem republicâ, diversò respectu. (2.) Regis Majestatem pendere à commissione Cæsaris, & si eadem

dem Majestas Regis esset, quæ Cæsaris, non posse dici, *der König solle der Kaiserlichen Majestät keinen Eintrag thun.*
 (3.) Electores non posse tribuere Regi eam Majestatem, quam Cæsari jam dederint; neque eam posse Cæsarem dare Regi, quia sic eam à se abdicare videretur. (4.) Fieri in Constitutionibus Imperii mentionem duplicis Majestatis, *der Kaiserlichen und Königlich Majestät* & quidem simul. (5.) Appellari Cæsarem à Rege Dominum suum. (6.) Non posse Rege succedere Imperatori, si jam ejus Majestatem habeat. Respondere licet (*ad 1.*) non posse esse Rempublicam unam, ubi non una sit summa potestas: non esse potestatem ubique summam, quæ aliquò respectu non summa sit. Formam internam Majestatis, & qui inde fluunt, effectus Majestaticos, diversitatem nullam habere in Rege ac Cæsare. Quæ in subjectis est diversitas, in ipsa potestate nullum discrimen inducere: prout in suo genere potestas una eademque est, quam vicarius habet. (*ad 2.*) Hòc ipsò innui, Regis eandem esse potestatem, quæ Cæsaris, eò quod exerceri non possit à Rege, ut non etiam simul potestas, quam eandem Cæsar habet, exerceatur. Quòd verò eam exerciturus non sit Rex, quando eandem Imperator obire potest; illud ex subjecti Dignitate & gradu *Ordinis* pendet, atque Regis *conventionem*, quæ super eadem Majestate ejusque exercendi modò concepta est, nititur. De *Commissione* paulò inferius. (*Ad 3.*) Non tribuunt EE. novam Majestatem Regi, sed in ejus personâ Majestatem eandem agniti sunt cum populo, in cuius *consortium* Cæsar illum admittit: proinde nec Cæsar Majestate suâ se ullatenus abdicat; sed

eandem servat, etiam cum Rex illam exercet (Ad 4.) Faciem geminam à *subjectis* sortitur, imò pro supposito etiam sumi solet, quando Cæsar dicitur die *Kaiserliche Majestät*. (Ad 5.) Summa non foret Majestas Regis, ex ipsa *Limnai* sententia, nisi hoc Dominium foret tantum *reverentia*. (Ad 6.) Successio non est, nisi in exercitium Potestatis liberum, prout Cæsaris fuerat, inque Ordinem priorem Dignitatis. Nam *potestatem* ipsam *continuat* Rex, (v. Capit. Ferdin. I. Imper. d. dato 14. Mart. 1558. ibi: *Unserer Reiche des Römischen im acht und zwanzigsten ic. Jahre.*) non consequitur.

Num etiam ad *Rümelinum* ejusque *Notatorem* transeamus. Uti sunt in *P. III. ad Aur. Bull. Disp. 1. tb. 7.* & in *P. II. Disp. 2. tb. 6.* his argutiis. (1.) Cæsari Majestatem à Rege tribui. (2.) Hujus potestatem impeditiò tantum Cæsari exerceri; neque adeò perpetuam esse. (3.) Non esse absolutam, quoniam Rex non possit omnia quæ Cæsar; imò (4.) Hunc posse retractare, quæ Rex gesserit. (5.) Majestatem Regis tantum titularem & prætensam, non veram esse. (6.) Ipsum omnia tenere jure vicariò, etiam cum provocat *auff Könialiche Macht und Vollkommenheit* / quamvis dicat: *für Uns selbst*. (7.) Majestatem *equale* quid non pati in Republicâ, *inequales* etiam Majestatis in eadem dari non posse: quòd si verò *una* supponatur Majestas, eam indivisam esse oportere. Igitur Regis Potestatem solum *exemplum* quodammodò esse Majestatis Cæsareæ. Poterat (8.) addi ex Beckeri *Lib. II. Juris Publ. c. 6. p. 92.* quòd à Rege in Cæsarem *crimen lesa Majestatis* committi

mitti queat. At verò (*Ad 1.*) Resp. Majestatem illam objectivam esse. (*Ad 2.*) Utique perpetuam esse, in actu primò, & ordinariam, quæ revocari non possit, quæque ab alterius Potestate independens sit. (*Ad 3.*) Possit Regem omnia, quæ Cæsar potest. Ea verò quæ non possit Rex, Majestati ejus non officere, quò minus absoluta dicatur, in suo genere. Pertinent huc *literæ Caroli V. Imper. ad Status*, anno 1556. ibi: *Volumus, ut tanquam Rex Romanorum, per se absolutam, citrà nostram tractationem, potestatem habeat, faciendi, &c.* (*Ad 4.*) Non nisi ea retractare licet, quæ ipse Cæsar nulliter acturus fuisset. (*Ad 5.*) Soli obloquitur, quisquis veritatem Regiæ Majestatis diffitetur. (*Ad 6.*) Evertere hoc est Constitutiones Imperii, non interpretari: nec ea cum Effectibus summæ Potestatis, à Rege procedentibus, stare possunt. (*Ad 7.*) Est omninò indivisa Majestas in utroque subjecto, licet distinctim agente. (*Ad 8.*) *Goldastus* à *Beckero* citatus, quicquam tale de crimine Majestatis non habet, ceu nec in *Decretis Comitiorum Aquisgranensium*, anno 828. sub *Ludovico Pio* habitorum, reperitur. Quin & Reges, Successores Principes, tum temporis longè differebant à Regibus modernis. Planè qui Majestatem eandem cum Cæsare habet, is in hunc committere crimen Majestatis non potest; sed tantum peccat contra reverentiam & gratitudinem, quâ Cæsari, eundem in consortium Majestatis recipienti, devinctus est; inque semetipsum, ob arctissimam societatem, injurius, ut & in Rempubl. iniquus & perfidiæ reus, meritò arguitur.

Excipit hanc altera, *de Precedentia Regis Romano-*

rum, præ aliis Europæ Regibus, disquisitio. Et tribuunt Regi Romano prædriam *Anton. Quetta consil. 1. pro Rom. Rege*, Goldastus *Lib. 1. de Majorat. c. 17. n. 7. seqq.* Linnaeus *II. 15. num. 44. seqq. & Tom. Add. post. pag. 80. seqq. nec non Crusius Lib. III. de Præcedent. cap. 3. dist. 10. seqq. cum citatis.* Denegant non modò *Jacobus Gothofredus P. 1. de Præced. c. 1. §. 4.* sed & *Rümelinus ad A. B. p. 582.* (ubi *Quetta* argumenta refellere nititur:) *ibique Mylerus P. III. Disput. 1. thes. 7. & Disput. II. thes. 6.* ut & *Carpzovius Qv. 3. num. 22. seqq. post Disput. 8. Feudal.* indignâ ratione, quòd Rex nil teneat Imperatoriæ potestatis actu, nec quicquam propriò nomine. Nam utique eandem suò jure habet potestatem actu, quam Cæsar, non quidem (ut incautè alii,) conditionatam, sed potius sub conditione exercendam: quare duntaxat modò habendi differt à Regibus aliis. Interim re ipsâ Imperatoriam *Romani Imperii*, (quò nomine plurium aliquando *Regnorum complexus* stetit,) Majestatem, majoris adeò Dignitatis, tenet: quòd Principibus excelsæ & invictæ Nationis Germanicæ præsit, tantâ potentiâ libertate & imperiò pollutibus: quòdque Rex Romanus sit protinùs, qui in Regem Germaniæ eligitur. Equidem Dominatus magis absolutus est in subditos, est omninò absolutum Tyrannicum Imperium, nec tamen Regiò dignius: non utique Dignitatem Imperii solùm ex Potestate Imperantis æstimari convenit. Cæterùm Rex Romanus Cæsare minus dignum subjectum est, quòd non nisi hòc absente vel impeditò Majestatem exerceat, eumque gradu Dignitatis sequatur. Sed nemo tamen Regum aliorum spem habet proximam & indubiam, ut Rex Romanus

ca-

capessendi supremi in Europa Imperii; imò jam actù Rex Romanus vim illius Imperii tenet, ac Dignitatem ejus, Imperatoriâ non nisi gradu aliquò minorem. Inde Julius II. Papa, anno 1504. hunc ordinem præcedentiæ constituit: Imper. Roman. Rex Rom. Rex Franciæ, &c. & in *Ceremoniali Romano*, nec minus in *Concilio*, (quibus Rex Roman. juxta cum Cæsare adesse potest. *Quetta cons. 1. pro Rege Rom. num. 22*) ita servatur: & *præjudicia* pro Galliæ Rege allata, neque fide nituntur idoneâ, neque robore consequentiæ: si vel unicè attendas, factum antecessoris, in Regno electio, successoribus, ipsique Regni Dignitati, præjudicare non posse. Aliquando etiam in Imperio Regi Galliæ, Rex Hispaniæ prælatus est. *X. A 1566. §. Und da einige. 12.* quanquam ordinem Regum ibi servatum neminem eorum obstringere satis pateat. Regi verò Romano non præfertur *Legatus Cæsaris*, & *Regina Rom.* locum eundem cum Imperatrice tenet.

(f) *Nisi ex commissione.* Nil potest Rex Roman. citra *admissionem* primam Cæsaris, quæ ad *Universitatem* Potestatis, in *electione* Regia, intervenit. Imò nisi hæc interveniret, aut saltim Lex Imperii eam non suppleret, non constitueretur *in esse Regis*. Ast *novò* seu *expressò* mandato, quoties abest Cæsar vel impeditur, Rex ad exserendam Majestatem non indiget *E. S. D. Part. 1. Tit. 1.* *Wir als Römisch. König. Reichs = Abschied. 1555. §. Und sollen. ibi: Der Râyserl. Majestät oder in deco Abwesen Uns.* cum *invitò* quoque *Cæsare* Majestatem exserere possit. Et si quando Cæsar Regem
ex-

excitat, & de sua voluntate instruit, commissio seu mandatum dici non potest tale, quò *Vicarius*, *Delegatus* aut *Commissarius* constituatur. Sic intellige Ferdinandum I. Regem. ReichsAbsch. zu Speyer. 1542. §. 3. aus Ihrer Kays. Majestät Befehl den Reichs-Tag ausgeschrieben. & §. 4. auff der Kays. Majestät freundlichen Begehren und Befehl. Reichs-Abschied zu Regensburg. 1557. §. 2. auff Ihrer Lieb. und Kays. Majestät freundliches und brüderliches Gesinnen. *junct.* Reichs-Abschied 1555. §. 5. Ihrer Lieb. und Kays. Majest. zu freundlichem und brüderlichem Gefallen. & quod toties in Actis & Recessibus habetur, ersucht / vermocht / bewegt / aufferlegt. Reichs-Abschied 1545. §. 2. Reichs-Abschied 1555. §. Damit aber. *Propositio illorum Comitiorum, apud Lehmann. in Lib. 1. Actor. Pac. Rel. c. 2. §. Derwegen. Reichs-Abschied 1557. §. Und aber. Quin- imò Rex vicissim per Capitulationem suâ sponcione obligatur Cæsari, ohne dessen Zulassen und Vergünstigung sich der Regierung / (cum adest Cæsar, vel ipsemet imperare potest,) nicht anzumassen. Capitulat. Reg. Rudolph. II. Art. 32. & Capit. Reg. Ferdin. IV. Art. 47. Indequè potestatem, quam & ipse habet: *conventionè tantum suâ*, non etiam defectu virtutis, exserere impeditur: ne videlicet non una in imperio voluntas sit, non una potestatem exercendi ratio. Nolim Regem Romanor. comparare cum *Legato ProConsulis*: cui multi *propriam* jurisdictionem abrogant; aut cum *Vicario Præfecti Prætorio*: qui licet *ordinariam* à Principe potestatem habuit, *l. 1. C. de Offic. Vicarii*, tamen *Officiò* variè restrictò usus est, ac *potestas* jus reddendi tantum si-*

mi-

milis fuit Præfectorum Prætorid. Imò non ille *juxta*
 Præfectum quempiam, sed *solus* in ea Dioecesi, plures
 Provincias continente, *ad instar* Præfecti cujusdam Præ-
 torio, (sed *mediæ* tamen *Dignitatis*, Pro Consulari inferi-
 oris,) degebat. *l. 1. ff. de Leg. 3. l. 6. C. de mod. multand.*
l. 1. C. de Offic. Vicar. l. 2. l. 15. C. Tb. d. Pagan. Non est a-
 pta unquam *Majestatici* capitis cum *Magistratu* compa-
 ratio; neque hic personam summæ Potestatis ullate-
 nus *per essentiam* sustinet: tum & satis per se jus Ro-
 mani Regis ex Legibus Imperii patescit. Nec turbet
 nos *mandati specialis* interventus: nam illud nil quic-
 quam *potestatis* confert, sed *voluntatis* tantum conspi-
 rantis index, & interpret *voluntatis generalis anteceda-
 neæ est*, quæ in subsequituris negotiis explicatur. Pla-
 nè quod *Gerdesius c. 2. de Mandat. Avocator. §. 28.* autu-
 mat, nil posse sibi potestatis sumere, absque mandato
 Cæsaris, eum, qui *solum in Successorem* electus est; pos-
 se eum, qui pro *adjutore Imperii* adsumptus fuerit;
 quod ex Capitulationibus desumere liceat: illud si ad
 pristina tempora, ubi nil unquam potestatis *proprie* in
 Successorem destinatum conferebatur, relatum voluis-
 set, nemo facile improbet: at *Regibus modernis*, & vel
 ipsi Ferdinando I. Regi, Capitulatione vacuo, non con-
 gruit; nec unquam hodie Rex eligitur, qui non Impe-
 ratori adjumento esse debeat; quin & *art. 32. Cap. Reg.*
Rudolphi II. de casu, quò Cæsar ipse Imperio præesse
 potest, loquitur. Aliter *Schützius l. Disp. V. tb. 3. b.*, qui
 putat, quando Rex *mandatum* habeat à Cæsare, ita posse
 illum agere *et Imperatoris et suo nomine*; sed si eò *de-*
stitutus sit, etiam *suo solius* nomine ipsum agere posse:
 D quam

quàm distinctionem carpit *Limneus ad Capit. Ferdin. P. art. 2. & in Proœm. ibid. p. 473. seq.* Inhæret tamen eidem *Schützius Vol. 2. Disp. 10. tb. 2.* ubi *Limneus* respondet. Hic verò *in Tomo Add. post. ad Lib. II. a. 15. n. 38.* denuò evincere laborat, Romanum Regem nil posse absque permissione Cæsaris. Quæ quidem sententia ex *suprà dictis* modum capit. Non etiam recipienda est assimilatio quorundam, Ferdinandum Regem eòdem jure potestatem exercuisse, für sich selbst / atque *sui heredes*, domini rerum patris, hoc superstite, dicantur. Nemo non videt, dominum hoc sui hæredis, non nisi spem successionis radicatam, sed nil quicquam *potestatis* continere, ut ne disparia reliqua commemorem. Uti- que Cæsar, *existente Rege Romanorum*, nulli exercitium Majestatis Romanæ *committere* potest; licet possit Re- gi adjungere *Commissarios*. Ita habent *Literæ Carolinæ ad Commissarios Augustanos*, anno 1555. : Derohalben E. L. und du nichts von Unsertwegen authorisiren; sondern S. L. dieweil Wir derselben allen vollkom- menen Gewalt und Macht endlich abzuhandeln und zuschliessen gegeben haben / als einem Römi- schen König / und nach Uns im H. Reich das ob- briste Haupt / nicht allein was Sie in solchem er- heben und halten kan; sondern auch in allen für- fallenden Sachen / absolutè handeln und schliessen lassen / und von Unsert wegen nichts anders darzu thun sollen / dann Ihrer Liebden unterthäni- gen Beystand leisten / und alle Sachen möglichen Fleisses zum Besten befördern helfen. Nihil er- gò ex *Literis ap. Goldastum, & Limnæilocus, Bæclerus,*

pro.

pro necessitate Commissionis, eliciet. In allegato etiam ex Limnæo, *ad Cap. Reg. Rudolphi II. p. 518 seq.* nil aliud habetur, nisi quod ibidem *Schütziun* arguit, quando ille, *in Diss. 5. tb. 4.*, Regem Rom. non appellari **erwehlter Röm. König** / tradit; sed tantum simpliciter **Röm. König**: quod *c. 1. textibus* refellit *Limnaeus*. Equidem ex jam dictis facilius dijudicari possunt *formule*, quibus variè præ ceteris *Ferdinandus I.* usus est. Nam aliquando *suò tantum nomine* solò quid statuit: **R. A. zu Speyer. 1542. S. 6. 7. C. S. D. 1555. Tit. 3. S. 2.** nonnunquam *solius Caesaris* meminisse videtur: **R. R. 1542. zu Speyer. S. 131. & R. A. 1555. S. 141.** ibi: **Haben Wir anstatt und im Nahmen der Käyserl. Maj.** quod *modestia* est, & in *Cæsarem reverentia*: ut ex aliis locis eorundem *Recessuum* elucet. Sæpius nomine *Cæsaris* & *suò* utitur. **R. A. 1542. S. 3.** ibi: **an statt und im Nahmen Ihrer Käys. Maj. und für Uns selbst.** **R. A. 1557. zu Speyer. S. 3.** an statt der Röm. Käys. Maj. auch für Uns selbst als Römischer König. *zc. C. S. D. pr. Pref. & S. 1.* ibi: in Kraft be- rührter der Käyserl. Maj. Heimstellung / auch für Uns selbst / als Röm. König / gebietend *zc.* Sed quando *Cæsar Commissarias* ei junxit, atque hos voluntatis suæ conscios reddidit, ut eam, quâ fieri posset, unâ cum Rege Romano promoverent, (*v. R. A. 1545. pr.* ibi: **Unsere Commissarien und Gewalthaber mit stattlichem Gewalt und Befelch** *zc. junct. S. 1.*) hæcce formulâ *Ferdinandus* usus est: **Wir ꝛ. sampt denen der Käyserl. Maj. hierzu sonderlich verordne-**

D 2

ten

ten Commissarien / an statt und im Nahmen Ihrer
 Kayserl. Maj. / auch für Uns selbst / mit
 denen Ständen zu handeln und zu schliessen. R. A.
 zu Speyer. 1542. S. 3. & in fine: Was die Kayserl.
 Maj. Unsern lieben Bruder und Herrn und Uns
 anrührt / versprechen Wir / samt denen Kayserl.
 Commissarien / an statt und im Nahmen Ihrer
 Kayserl. Maj. und für Uns selbst &c. Item R. A.
 zu Nürnberg. 1542. pr. & S. 43. & R. A. 1543. pr. & S. 40.
 Et hos Commissarios *pro arbitrio* Cæsar *revocare* potest,
 non etiam Regem Romanum, quando is absente Cæsa-
 re potestate suâ fungitur: quod *Carpzovio, c. XI. de L.*
Reg. sect. 5. n. 22. visum est. Sunt quoque *Commissarii*,
 quos Carolus Ferdinando Regi *adjumentò* solùm esse vo-
 luit. R. A. 1555. haben Ihre E. und Kayserl. Maj.
 Uns als Röm. König freundlich und brüderlich er-
 suchet / daß Wir in Ihr. Maj. Absenn Ihre E. und
 R. M. verwesen / und diesem Reichs. Tag beywoh-
 nen wolten. Und auch vollmächtig / absolutè und
 ohne hinter sich bringen / Gewalt gegeben. &c.
 Zu dem Uns auch Ihre Kayserl. Commissarien zu-
 geordnet / Uns allen guten Beystand / von Ihrer
 E. und Kayserl. Maj. wegen / zuleisten. S. 4. & S. 43.
 Wir setzen / wollen und gebieten auch von Röm.
 Kayserl. und Königl. Macht. *Nec subscripsere*
Recessum hi Commissarii. Habuit verò etiam Fer-
 dinandus Rex Comitata, velut Spirensia, *nullis stipatus*
Commissariis Cæsareis. v. R. A. zu Speyer. 1557.
 Imò ipse *per Commissarium suum*, Ratisbonæ, Propositio-
 nem Comitalem Statibus aperuit. R. A. zu Regensp.

1557.

1557. §. 6- Cæterùm quando *Cæsar præfens*, nec impeditus est, *imperium Regis non conspicitur*. vide R. A. zu Speyer. 1544. R. A. zu Worms. 1545. R. A. zu Regenspurg. 1546. R. A. zu Augsp. 1548. den Landfrieden & Pol. Ord. ibid. ejusd. anni. Tantùm quòd Rex tunc etiam *Cæsari adjumento* esse solet: ùt in *Comitiis Wormatiensibus*, anno 1545. R. A. §. 3. ibi: Wir mit sampt unsrem lieben Bruder/ dem Röm. König; (cujus idcirco non meminit *Recessus in fine*, §. 17.) Quin & *Cæsar*, cùm in Imperiò *præfens* est, *ex arbitriò suò*, Regi, ut imperium *exerceat*, specialiter *indulgere* potest: quò non pertinet solùm, quando in quibusdam Diplomatum *Ferdin. III.*, superstite Patre editis, legimus: in Kraffe der Röm. Käyserl. Maj. Unfers freundlich geliebten Vaters und Herrn Uns ertheilter Vollmacht: verùm etiam in *Imperii Constitutionibus*, quibusdam locis. v. R. A. 1564. §. 6. ibi: Uns oder Unserm Sohn. Quanquam cætera, quæ *actum Regiminis secundum* non attinent, libera habeat, etiam superstite & præfente Imperatore, Rex Romanus. Denique conditio des Statthalters/ (v. *Ordu. des Regim. zu Worms/ 1521. §. 1.*) quâ ipse quoque *Ferdinandus I.* priusquam in Regem Rom. eveheretur, functus est, ad *mandatam* utique & *vicariam* potestatem respicit. Ita in R. A. zu Augspurg. 1525. pr. Ferdinand/ Prinz in Hispanien/ ic. der Röm. Käys. Maj. im H. Reich Käyserl. Statthalter. adjunctis aliis Commissariis: item R. A. zu Speyer. 1526. pr. & §. 31. Deinde Philippus, Marchio *Badensis*, huic muneri præfuit. R. A. zu Eßlingen. 1526. &

posthac Statthalteris Ampts Verwalter / Comes fuit *Montfortius*. R. A. zu Regenspurg. 1527. Iterumque Locumtenens *Ferdinandus*, Rex Ungar. & Bohem. R. A. zu Speyer. 1529. Adde Constituit. wieder die Wiedertäuffer. S. 4.

(8.) *Coronæ Imperialis*. Vult ibi *Limnæus ad Art. 31.* quòd Rex Romanor. *coronam Romanam* assumere non possit. (1.) ne si id fieret, diceretur & ipse Imperator. (2.) Ut superiorem retineat Cæsarem. (3.) ne sumptus inanes sint, quando Rex ante Cæsarem fato concedat. (4.) ne si fortè coronam illam Cæsar nondum obtinuisset, Rex eum prævertat. Licèt verò *Coronationem tantum Germanicam* Rex necessariò suscipiat. *Cap. Reg. Rudolph. II. art. 31. Cap. Reg. Ferd. III. art. 39.* Tamen *priores solùm Capitulat. Regiæ* ut Maximil II & Rudolphi II., Regem *prohibent*, quò minus, superstitè adhuc Cæsare, coronam Romanam impetret: nec etiã cæteræ, ut vult *Limn. ad d. art. 39.*, ex Rudolphinâ *suppleri* debent, aut possunt; maximè quòd exempla, vivò Imperatore, coronâ Romanâ insigniti Regis, non desint. (*vid. ipsum Limnæum Ad d. Art. 31.*) & imò in *cit. Art. 39.* Rex Ferdinandus III., quòd Coronæ Romanæ *studere velit*, promittit: ac idcirco peculiare quid in *Capit. Rudolphi II.*, quippe quam in hoc præit *prima Regia* Maxim. II., non subest; saltem inde constat, necessariam non esse Regi coronam Romanam; ut nec Cæsar, vacante Imperiò electus, ad eam suscipiendam obstringitur. Ad *Limnai* rationem (1.) Resp. non eò magis Imperatorem dici posse, quando quidem in Regem electus est. Et sicut Rex nec Dignitatem, nec nomen Cæsaris.

laris atrectare valet, hōc superstite, vi suæ sponfionis: ita Cæsar, nullō coronationis illius habitō respectu, se Regem vel Imperatorem quandocunque dicere potest. (*Ad 2.*) Nil etiam Potestatis confert coronatio: & quam ratione Cæsar hodiè, qui coronam Romanam nec ipse desiderat, Rege possit dici superior? (*Ad 3.*) Non forent sumptūs frustranei, in fines eos, quos Capitulatio, superstite etiam Cæsare, in expeditionem Romanam, (nec solius adeò coronationis causâ,) impendendos vellet. (*Ad 4.*) Prævertat Cæsarem, nil interest; modò salus Imperii ex consilio eorum, qui Capitulationi necessitatem expeditionis illius inseruerunt, obtineretur. Nec enim quicquam per hoc Cæsari, licet coronâ Romanâ insignitus non fuisset, decedere poterat. Sed nunc illa disceptatio inanis est; tantùm hoc notetur, *Ferdinandum I. Imper. in Procem. Capitul. sue*, nomine *coronæ*, in sensu figuratō, pro exercitiō Potestatis liberō, usum fuisse: sondern auch den Titel/ Namen und Würde des Kaiserthums / mit sampt dem Scepter und Cron/ gänzlich vollständig Uns aufzutragen. Nam inferiùs, in eadem Capitulatione, se *Romanam Coronam* adhuc adepturum esse, promittit. Est verò *Corona*, quâ Rex Romanorum coronatur, *Höppingiō* jam observante, *c. VII. de insign. § 7. sect. 2.*, *humilior & acutius minus* quàm Cæsarea. Et tamen Rex, Cæsare moriente, nullâ aliâ solennitate adhibitâ, protinùs Cæsarem agit.

Ultima autem *questio*, magnis motibus (h.) est agitata superiore
secu-

seculô, cum Ferdinandus I. Rex Romanorum vivente Cæsare electus esset. Cujus rei acta simul & disquisitionem Politicam ⁽ⁱ⁾ habes partim apud *Goldast. Polit. Imperial. part. 2.* & in *Politischen Reichshändeln. itidem part. 2.* apud *Hortleder. lib. III. c. 13. lib. IV. c. 9.* *Sleidan. lib. 7. & 8. & 9.* apud *Speidel. in Notabilib. voc. König. Römischer König.* Est & memorabilis disputatio inter *Carpzov. & Limneum*, ^(k.) super hac re, de qua vid. *Limn. J. P. 2. 15. 15. & seqq.* & præsertim *tom. ultimo Addit. ad S. ejus cap. 23. & seqq.* & *ad Capitul. Ferdin. I. à p. 428. usque ad 440.*

^(h.) *Magnis motibus.* Adeò ut præcipuam causam *Fæderis Smalcaldici* fuisse existimet *Besoldus III. Jur. Publ. c. 2. p. 224. destinationem Caroli V.*

Imp., quâ *Ferdinandum I.* in Regem Rom. assumi volebat. (conf. etiam *Limnaum ad Capitul. Ferdin. I. p. 424. seqq.* ubi recenset, quomodo *Electoꝝ Saxon. Johannes*, anno 1531. filium suum *Coloniam* miserit, ad Conventum Electionis *Ferdinandinae*, (quam quidem autoritate suâ *Moguntinus* valdè promoverat,) ut eam impediret. Ipsum quoque Filium hunc *Jobannem Fridericum*, post mortem Patris sui, *Ferdinandum* pro Rege non agnovisse; donec per *Transact. Cadaviens.*, in Bohemiâ, 1534. (cùm quæ *Foederati* anno 1532. in Conventu *Swinfurtensi* constituerant, non procederent:) inter *Ferdinandum Regem & Saxoniam Electorem* initam, placuerit, uti *Rex Romanus* certò modò, deinceps concipiendò, superstitè *Cæsare*, eligi posset: ipsumque *Ferdinandum* & ipse *Electoꝝ* pro Rege agnoverit. Habetur ea *Transactio ap. Hortleder. III. von Ursachen des T. Kr. c. 13. p. 668. & Goldast. Tom. I. der R. G. p. 270.* Sed tamen ab hac declaratione postmodum recessit *Electoꝝ Saxo*, quòd *Rex Ferdinandus* illi *Transactioni* non stetit se diceretur. v. *Hortleder. IV. c. 22. § 54.* donec *Spire* penitus, in anno 1544., negotium compositum fuerit. Exhibet *Transactionem* hanc *Spirensis* Idem *Hortleder. Lib. III. c. 11. p. 251.*

(i.) *Disquisitionem Politicam.*
 An necessarium vel utile fuerit, *Carolo* jungi *Ferdinandum*: quòd latè expendit *Limnaus ad Cap. Ferdin. I. p. 433. seqq.* ubi etiam n. 14. seqq. capita controversiarum, quæ tunc movebantur, exponit. Sanè *Ferdinandi Electioni* non modò *Saxoniam Electoꝝ*, *Dux Lüneburgensis*,
 E Land-

Landgravius Hassie, Princeps Anbaltinus & Mansfeldia Comites, verum etiam Wilhelmus & Ludovicus, Bavariae Duces, restiterant: quod hereditariam successionem sensim invaliduram, aliisque Principibus Imperii aditum ad fastigium Imperatorium preclusum iri, metuerent. adde etiam Caroli V. suasionem & commendationem Ferdinandi, ap. Sleidan. VII. Histor. in fin.

(k.) *Inter Carpozovium & Limnaeum.*
 Etenim *Carpozovius, Auream Bullam* de Rege Romanorum *vivo* etiam *Cesare* eligendo disponere, statuit, atque eo nomine *ad L. Reg. c. XI. sect. 3. n. 19. seqq.* disputat contra *Limnaeum*, qui in *Lib. II. J. P. c. 15. n. 22. seqq.* de casu tantum *Vacantiae* loqui *Auream Bullam* tradiderat; nec vero vacare Imperium, quando *Cesar* adhuc actu rerum potiretur. Defendit se contra *Carpozovium, Limnaeus* in *Add. post. ad d. Lib. II. p. 77. seqq.* & ad *Capitul. Ferdin. I. ad Latinam versionem* provocans, item *ad seriem tractationis* à *Carolo IV.* observatam, tum & quod ubique in A. B. agatur de Rege in *Cesarem promovendo*, qualis non sitis, qui *vivo* *Cesare* eligitur. Facit pro *Limnaeo* juramentum Electorum, quod de casu *mortis Caesaris* loquitur: tum & quod non alio tempore Electores *conductu* indigeant: quodque *Moguntino convocatio Electorum* in *Cap. 1.* tribuatur, nach eines Röm. Kaisers oder Königs Tod, atque ipse *Carpozovius* fateatur, in *Cap. 2.* agi tantum de Imperatore *Sede vacante*: quod in capite de electione omni Regis Romani disponitur: juncto *Cap. 4.* ubi *necessitatem, die Nothdurfft* ad casum superstitis, & Imperium continu-

antis Caesaris, pertinere, ob jam dicta, eadem & imò ma-
 jori facilitate negare quàm asserere licet: nihil etiam
 officiente c. 18. A. B. ibi: *ex rationabilibus causis*: quas
 non modò ex *ibid.* sequentibus, sed & toto Aureæ Bul-
 læ *contextu*, interpretari oportet. Sanè vox *Regis Ro-*
mani, in significatù illo speciali seu moderno, in *Aurea*
Bulla nuspiam occurrit, sed vel pro Imperatore, vel
 pro Rege protinus in Imperatorem promovendo, su-
 mitur.

Dicendum de momentis hujus argu-
 menti *I. Historicis*, per singulos Reges Ro-
 manorum, vivente Imperatore creatos,
 qui sunt (1.): Maximilianus I. Ferdinan-
 dus I. Maximilianus II. Rudolphus II.
 Ferdinandus III. Ferdinandus IV.

(1.) *Qui sunt.* Nam *Carolus* quidem *M.*
 successorem constituit *Ludovicum Pium.* Is *Lotbarium.*
 Hic *Ludovicum.* *Henricus Auceps* *Ottonem M.* filium, Hic
Ottonem II. & hòc vivò Rex creatus *Otto III.* Idem ob-
 servatum circà *Henricum III. IV. V.* Sic & *Friderico I.* vi-
 vò in Regem electus est *Henricus VI.*, & hoc vivò, licèt
 res successu caruerit, *Fridericus II.*, quò vivò *Henricus*
 initid, mox & *Conradus* filii electi sunt. Ex eò tempore
 rariùs hoc contigit. Postmodùm *Fridericus III.* inaugu-
 rari, se vivò, fecit filium *Maximilianum I. &c.* Necta-

men, cum in istis variè obtinuerit, aliquis eorum ad causam Regum, ut nunc habet, rectè adfertur; sed argumenta rei à *Ferdinando I.*, & qui hunc sequuntur, arcessenda sunt.

II. Legalibus. Vbi quæstio I. an in *A. B.* aliquid dispositum. (m.) de quo *Commentatores ad A. B. c. 1. §.*

1. 2. Quid in *Capitulationibus* constitutum. *Capitul. Matth. art. 35.* (n.)

Capitul. seq. 3. Quid *Pace Osnabrugensi artic. 8. §. 3.* (o.) designatum. 4.

Quid deinceps *Comitialiter* constituendum (p.), *Expectatio* hujus rei: spes metusvè.

(m.) *An in Aurea Bullâ aliquid dispositum.* Si rationes *Juridicas* requiras, *Smalœdici fœderis* socii, *Ferdinandi I.* electionem impugnantes, non ad eò quibusvis institerunt argumentis, que is causam illorum defendere iverunt, aliqui: veluti quòd

Majestatis criminis propinquum videri posset, de Successore *Cæsaris* viventis cogitare: nam *Ipse Cæsar* rem urgebat, & salutem prætendebat *Reipublicæ*, ad exemplum

su-

superiorum temporum provocans: Item quòd videri posset, *captanda mortis votum* subesse: quod tamen in personam *eminentis Virtutis* cadere non poterat; ne quemlibet Principem *Succefforem* eò desiderio capi dicamus. Quin potius *Auream Bullam* urgebant Juri Saxonicæ, quòd cum Electionem Capitis Imperii *per banc* fieri oporteat, nil tamen in eà de electione Regis *vivò* adhuc dum *Cæsare*, quòd ea fieri possit, & quâ ratione fieri *debeat*, contineretur: quocircà si non aliàs, saltim exhinc, *priusquam* ad Electionem *Ferdinandi* Regis, (quam non sine periculo *Libertatis* Statuum tantò studio *Carolus accelerare* putabatur,) progressus fieret, de negotiò maximi ponderis *consultandum* fuisse. Atque hoc momentum *Fæderis* non tantum *Limnaus*, locis *suprà citatis*, propugnat, sed & *Paurmeisterus II. d. juris d. Rom. Imp. c. 5. n. 11.* item *Dieterichius ad Aur. Bull. c. 1. p. 15.* & *Strauchius Diss. X. Controv. Jur. Publ. Exot. §. 10. p. 275.*, renitentibus cum *Carpzoviò, Rümelinò ad A. B. Diss. XI. tb. 9.* & aliis: quos inter etiam *Arumæum Disc. 2. ad A. B. concl. 13. §. d. Comitüs Imp. c. 2. n. 27.* ut & *Schützi-um I. Diss. 2. tb. 7.* reperire licet. Quamvis autem *Limnaus*, cum primis *ad Cap. Imp. Ferdin. I. p. 429. seq.*, ne hoc quidem momentum, ex defectu *Aureæ Bullæ* petendum, satis idoneum fuisse opinetur, ad electionem *Ferdinandi* imp. obandam: quoniam saltim in *A. Bulla*, quò minus *vivò* etiam *Cæsare* Rex eligi possit, non *prohibitum* sit; quin & *exempla* prostant similia, & *ex usu Reipubl.* Constitutio *Aureæ Bullæ*, ad casus alios, *extendi* potuerit. Tamen non protinus, quod *prohibitum* non fuerat, ex *ausu Cæsaris*, vel eorum qui à *partibus* ejus stabant, *incon-*

cultis aliis, quorum intereat, suscipi, aut exemplum u-
 num *Maximiliani*, saltim per omnia *non simile*, (nam
Wenceslai electio infausta pro auspicio adduci non pot-
 erat,) in *regula* vicem supponi debere; neque etiam,
 nisi eorum, qui ad *Leges fundamentales* adsciscendi fue-
 rant, interventu, extensio *Aurea Bulla* tentari posse, vide-
 batur. Et sanè quòd *causa* Foederatorum *non improba-*
bilis fuerit, vel ex solà inspectione *Transactionis Cada-*
viensis manifestum est: quippe per quam in *Electoris Sa-*
xoniae, cæterorumque *Foederatorum*, desideria, circa ele-
 ctionem Regis vivò Cæsare, in *præcipuis*, (maximè quoad
conventum antecedaneum omnium Electorum, ad deli-
 berandum, *an* electio illa necessaria fuerit,) à *Ferdin-*
concessum; reliqua verò *Collegio Electorali* & *SSt.* uberius
 expendenda commissa, & non nulla *nuper* admodum, vel-
 uti quòd electio illa *cum vel sine Cæsaris auctoritate* &
assensu fieri posse debeat, in *Capitulationes* recepta sunt.

(n.) *Capitulat. Matthie art. 35.*
 per quem placuit, ut *Cæsaris consensus*, eò refragante, in-
 super haberi possit. Ansam dedit huic art. *Rudolphus*
II. cui *zum Behulff* / ut habet *d. art.*, *Matthias*, frater
 ejus, eligendus esse dicebatur. Nam hoc indignè fere-
 bat *Rudolphus*, quòd crederetur studiis & artibus nimi-
 um incumbere, animumque curæ Imperii subducere:
 Hinc electioni illi magnò nisu se opposuit. v. *Kaiser*
Rudolphs Bescheid und Resolution/ über die Wahl
eines Römischen Königs: anno 1611. ap. *Goldast. Part.*
II. der R. G. p. 388. Sanè frater Cæsaris *Matthias*, cum
 reliquis *Archiducibus*, pacta quædam contrà *Rudolphum*,
sal-

faltim hoc prætextu, quòd rebus gerendis imparem se exhiberet, inière. *Tabulas* Idem Goldastus *ad Libr. de R. Bobem.* prodit, p. 138. Et tamen, ut mitius feret Rudolphus, dictis verbis, *art. 35.* zum Behulff/ additum est, oder sonstem dem Heil. Reich nothwendig oder nützlich befinden. Aliàs, ut *Cæsare invito* electionem hanc, ad quam scil. *liberâ* voluntate Electores, de *necessario* subsidio Cæsari & Imperio prospecturi, procedunt, perficiant: pro *religione* illâ, quâ *Cæsar* Imperio obstringitur, vix accidere potest. Unde adhuc post Matthiam *consensum Cæsaris*, (cùm ne hoc quidem ex re Imperii videri posset, invito Adjutorem obtrudi; nisi *major* hoc necessitas exegerit:) Electores, in quâlibet Regum electione, expetierunt. v. super electione *Ferdinandi III.* apud *Carpzov. c. XI. de L. Reg. sect. IX. & sect. III. n. 27. seq.* ibi: Demnach Ihre Kays. Maj. sich aus vorigen Handlungen zu berichten wüßten/ warum diese Wahl vorgenommen worden/ Und sich dann gebühren wolte/ daß dieselbe Ihren Consens und Verwilligung darzu gäbe. So gelangete an Ihre Kaysert. Maj. Ihre/ der sämptlichen Herren Eürfürsten/ und der Anwesenden Bevollmächtigten Gesandten/ unterthänigste Bitte/ Sie wolten nicht allein solche ergangene Wahl vor sich gnädigst bewilligen; Sondern auch dero geliebten Herrn Sohn/ König Ferdinanden/ hier zugesagen vermahnen/ daß Se Königl. Majest. dem Heil. Reich zu Ehren/ und Ihr. Eürfürstl. Gnad. und Durchl./ auch der Herren Gesandten zu derselben gefastem sonderbarem guten/ auch unterthänigstem
Vero

Vertrauen nach / mit Annnehmung solcher Dignität
 und Hoheit sich endlich vernehmen lassen wolten. *ꝛ.*
Interea de libertate sua Electores in casum, qui redire
aliquando poterat, etiam adversus ipsum Matthiam
electum, sibi consulere: auch bey Lebzeiten eines
 Römischen Käysers / mit / oder wenn derselbige / auf
 angelegte Bitte der Churfürsten / ohne gnugsame
 erhebliche Ursachen verweigert werden solte / oh-
 ne eines Römischen Käysers Consens / vorzu-
 nehmen. Sed & hæc verba: oder / wann derselbige /
 usque: verweigert werden solte / in *Capitulat. Leopoldina,*
postquam Status Monitis suis hanc dispositionem,
attigerant, omissa sunt: eò quòd Electorum nil interesse
videretur, superflua & nimium explicata silentiò præter-
mittere. At v. Status cæteri ad Dispositionem Instrum.
Pacis respexerant; neque solis Electoribus concedere
 volebant amplius, ut illi von der Erheblichkeit solcher
 Ursachen / an eligi Regem necessarium vel utile Impe-
 rio fuerit, disponerent. Inde *Monitò suo* hunc in sen-
 sum concipi *Capitulationem* voluerant: Daß die Wahl
 eines Römischen Königs / bey eines Römischen Käy-
 sers Lebzeiten / dergestalt vorzunehmen / wie sol-
 ches aufm nechstkünftigen Reichs-Tag / mit ge-
 samten Ständen / vermög des *Instrumenti Pa-*
cis, wird gehandelt und verglichen werden. Sed
Moniti illius nulla habita est ratio. Et quamvis denuò
in recentioribus Monitis, ad Perpetuam Capitulationem,
quæ habentur Tom. XI. Diar. Europ. 1664. p. 89. ita Status
 poni cupiant: oder auch bey Lebzeiten eines Römi-
 schen Käysers / mit oder ohne desselben Consens / so
 offte

offt und fernes Churfürsten und Stände dem Heil. Römischen Reich nothwendig und nützlich befinden: quâ ratione *Conventus illi extra ordinem Electitii omnium Statuum arbitriô* constituendi forent; Tamen foetus ille *Capitulationis perpetua* nondum exclusus, & *lucta* Electorum pro Collegio suo *perpetua* est. Equidem gratis *Aula Romana* electioni Regis *Maximiliani II.* (cui nunquam fuis est *Pontifex*,) intercessit. Rejectam enim ab illâ fuisse electionem hanc tradit *Pallavicin. Lib. XXII. Histor. Concil. Trid. c. 6.* quòd scilicet Electoribus vivo Imperatori *Succefforem* (at bene *Coadjutorem*, sine spe successionis,) absque Pontificis consensu, destinare non liceat.

(o.) *Pace Osnabrugensi, Art. VIII. §. 3.*
 ibi: *In proximis Comitibus, ex communi Statuum consensu, de Electione Romanorum Regum, agatur & statuatur.* Nempe *Electores* sibi resolutionem *Quaestionis: An è re Imperii sit, vivò Cæsare Regem eligi,* hucusque tribuerant. v. *Cap. Reg. Ferdin. III. art. 3. Sueci* verò in *Diatâ Osnabrugensi,* anno 1645., Regem Roman. non nisi vacante Imperiò, aut superstite Cæsare, non aliter quàm *Comitiorum* autoritate, eligendum esse, proposuerant. Audaciores *Galli,* qui postulaverant, eligendum Regem non debere posse, ex *Familiâ Imperatorum regnantium,* desumi. Mitiùs *Evangelici* Principes, notionem *Comitiorum* esse debere, quando vivo Augusto Regem jungi expediat: atque jam *Cadavii,* Electoribus adsciscendos esse sex ætate Seniores, ex Collegio Principum, placuisse. *Universi Status,* facilè posse indu-

F

ci,

ci, obverterunt, Electores à Cæsare, ut quendam ei obnoxium eligerent. *Propius* Diætæ conclusum ad *Svecorum* consilia flecti videbatur. Et tamen Electionem, vivò Cæsare, ad *Comitia* pertrahi velle, Imperii juribus, Electorum libertati, & observantiæ, adversum, *Electores* adhuc prætendebant. Nil penitus ex *Cadaviò* arcessi posse, quoniam *Transactio* illa *imperfecta* manserit. *Gallorum* verò ausus *Catholici* pariter ac *Evangelici* Principes libertati Electorum, ipsique Aur. Bullæ, contrarios, nec non in familiam Imperio admotam iniquos, arguerunt: cum primis *Austriacam*, de Imperio optimè meritam. Nec fractam esse *libertatem Electionis* per plures ex unâ Gente, Saxones, Svevos, alios. Imò *coactam* fore hanc electionem, quâ *Domum Imperio* validam, vel intrâ certum *numerum*, velut ternarium, admittere, vel etiam penitus negligere oporteat: quin potiùs ad *exteros* certius excludendos *Corveiensis* addi volebat *Scriptis Legibus*, ut Rex Romanus *ex solis Germanis* eligi deberet.

(P.) *Comitialiter constituendum.*

Hactenus nil definitum est, nec definiri in *Comitiis Ratisbonens.* 1654. potuit; quantumvis *Statûs Circ. Insen. Sax.* in *Diatâ* 1652. hanc rem in *Comitiis* urgendam sibi proponerent. *Continuat. Theatr. Europ. ad d. ann. p. 306.* Non etiam in *modernis Comitiis* quicquam, ultrâ disceptationes circa *Capitulationem perpetuam*, perficere licuit; nec facilè, sub *dissensu* Collegii Electoralis *omnimodò*, hic *Articulus zum Reichs-Gutschten* promovebitur.

III. *Politicis.* Ubi ἐπιχειροῖς ad disputationes, scriptores, & controversias in Imperio agitatas.

[dum quidam iactant, Cæsares hoc facere non tam ad Imperii utilitatem, quàm ad dignitatem in domo sua stabiliendam. (9.) Alii Cæsares terrere volunt, sparsâ famâ de Rege Romano eligendo.]

(9.) *In domo suâ stabiliendam.*

Es hat zwar bey wâhrendem Regenspurgischen Collegial-Tag anno 1630. die Kâyserl. Maj. Ferd. II., durch ein Handschreiben an Chur Sachsen / die Wahl eines Rômischen Königs getrieben; so wohl auch denen Chur-Sächsischen und Chur-Brandenburgischen Abgesandten zu besagtem Regenspurg / durch den Herzogen von Cromau / Ihr von Arbeit abgemattetes Alter / und die Ungelegenheit eines bevorschwebenden Interregni vorstellen / auch die Merita des Erz-Hauses Oesterreich zu Gemüth führen / und zum Rômischen König Dero Herrn Sohn / König Ferdinandum, recommendiren lassen. Sed respondit Elector Saxo: Er könne sich

allein nicht erklären / sey ein Werk / so auf Be-
 rathschlagung des ganzen Collegii bestehe; nec ta-
 men videri liberam Electionem fore, da solcher Zeit al-
 les mit Waffen angefüllet sey. Itaque cum successu
 res caruerit, idem *Ferdinandus II. Imp.* anno 1636. *Ratis-*
bonam Electores conscripsit, ac ibidem inter alia Capita
 Propositionis: quàm necessaria fuerit se vivò Regis Ele-
 ctio, demonstravit, simulatque causas, cur *Ferdinandum,*
Hungariae & Bobemiae Regem, Filium suum, Collegio jam
 antè commendasset, distinctim recensuit. 1.) Dörff-
 ten Ihre Maj. Ihme des Reichs Anliegen sicherlich
 vertrauen. (2.) Sey Er von Teutschem Blut und
 hohem Stande. (3.) Stehe Er mit denen Chur-
 fürsten sämptlich in gutem Vernehmen. Seye (4.)
 zur Ehre und Furcht Gottes / und zu allen König-
 lichen und Erb Fürstlichen Sitten und Tugenden
 auferzogen. (5.) Habe bey seinen mañbahren Jah-
 ren denen Sachen der Erb. Königreiche und Lande/
 sonderlich auch denen Reichs Sachen / im Geheimen
 Rath / mit begewohnet. Habe (6.) einen Söhnli-
 chen Gehorsam / Lieb / und Ehrerbietung gegen den
 Käyser. (7.) Hohe Vernunft / ein unerschrecken
 Gemüth / Milde und Sanftmüthigkeit / und sey ei-
 nes Gottsfürchtigen / ganz gerechten und friedlie-
 benden Wesens. Trage (8.) gegen alle Stände ei-
 ne grosse Lieb und Zuneigung. Habe (9.) bereits
 zur Beruhigung des Vaterlandes / das Commando
 der Käyserl. Armée übernommen / und darbey glück-
 lichen Zustand erlangt. (10.) Sey mit ansehnli-
 chen Königreichen / Fürstenthum und Landen / schon
 ver-

versehen / und habe die Vormauer gegen den Tür-
 cken. Stehe (11.) mit vornehmen Ständen des
 Reichs in Allianz / auch mit auswertigen Häuptern
 in Bluts = Freundschaft. Und sey hierzu (12.) der
 Sprachen kundig / welche in der Guldnen Bulle zur
 tüchtigen Erziehung erfordert würden. 2c. Im übrigen
 wolten Ihre Maj. dadurch die Wahlgerech-
 tigkeit nicht schmälern / und wüsten Sich ihrer Ca-
 pitulation wohl zu erinnern. Allein es würden der-
 gestalt der Auswürtischen Intentiones aufs Reich un-
 terbrochen / u. sey zu dessen Ruhstand beförderlich. 2c.
 Quas rationes se attendisse Collegium Electorale, per
repetitionem earundem, manifestum reddit, in dessen/
 König Ferdinand gegebenen Urkunds Brieff/
 den 22. Dec. 1636. Equidem *Austria Archi-Duces* anno
 1606. in sciò Cæsare *Rudolpho*, (üt *suprà* ex *Goldasto* me-
 moravimus,) *unanimes fœdere* pacti sunt, de assistendo,
 quantum possibile foret, fratri Imper. *Matthie Archi-*
Duci, ad *Coronam Regiam* obtinendam, & imò in hunc fi-
 nem succurrendò ei per exercitum, quò Dignitas Impe-
 rii in suâ *Domò* conservaretur. Eamque pactionem à
Papa, Paulo V. & Hispaniarum Rege, Philippo III. deinceps
 subscriptam & ratihabitam fuisse fides est. Interea Gran-
 des Regni *Hispania* non adeò in id proclives sunt, ut is
 qui Regno ipsorum præest, ad *Imperii Romani* clavum re-
 spiciat: eosque indignè promotionem *Caroli V.* ad Im-
 perium tulisse, ap. *Guicciardinum Lib. XIII. Historiar. sub*
finem, legimus. Verùm hæc ad *liberam* à sanguine *ele-*
ctionem pertinent. Nec tamen ullis unquam seculis ter-
 risve Electiva Imperia sic tractata sunt, ut nemo suam o-

peram eligentibus offerret, nemo electoribus commendareretur. Cæterùm *Vicariorum* interesse videri poterat, si per electionem futuri Successoris *Interregna* non subveniant; nisi verò majoris ipsorum interesse credendum sit, ut *Patriæ mala & communia dispendia* avertantur. Sonsten ist es von Kaysers Friedrichs des Dritten Zeit an zu rechnen / nicht mehr / denn ein und ander mahl / zum Vicariat kommen; da doch von demselben an / hinter sich zu rechnen / zum wenigsten alle auf einander regierende Pfaltzgrafen / (ohne von Chur / Sachsen zumelden /) wo nicht mehr / doch einmahl / bey Ihrer Churfürstlichen Regierung / Vicarii des Reichs gewesen. Planè ad levandum *Cæsarem*, si tot curis fatiscenti *valetudo seniumve* ingravescant, *Adjutorem* ei jungi, æquitas, & imò necessitas Reipubl., postulat. Quem verò rectiùs ei jungi & majori securitate commodove Imperii quis crederet? quàm quò *Successore* aliquando gaudere potest. *Interregnum* autem si respicias, validò etiam *Cæsare* metuendum, *libertas* quidem eligendi vacuò Imperiò major videri posset, nec tamen major erit, sub opportunitate competitorum. Nullum libertatis pretium est, nisi illius, quam Imperio proficuum experti sumus: neque ulli potest utile censerì *Interregnum Germania*, nisi qui ex tumultibus commodum quærere, ac privata studia publicis calamitatibus obtegere præsumeret. Infelix *Interregnum!* quando aut bellum externum aut civile imminet, aut *Respublicæ vicinæ* bellis ardent: ut ne de ambitu votorum, suffragiorum factionibus, repudiatorum odiis, & vel hinc pertimescendis Imperii casibus dicatur:

ad-

adeò ut vel solus metus subducendi inopinatò Cæsaris magnum malum, & si, maximè vegetum Imperatorem habeamus, fiduciâ tamen niti Successoris, quàm spe sæpiùs fallaci, tutius sit. Quin vel ipsi Cæsari optandum est, ut si aliquando decessurus sit, latus excedat, securus tutæ Patriæ. Junge sis *Annal. Tacit. I. 3. III. 56. ibique Commentarios.*

IV. *Ad Praxin & consuetudinem spectantibus.* Vbi quædam observationes. (r.)

(r.) *Observationes.* Quòd si enim rigidè examines Electiones superiòres Regum, vivò Cæsare peractas, non ubique illas cum *Transactione Cadaviensi*; (quam tamen ceu imperfectam argui videmus,) nec cum *Aurea Bulla*, (quæ nec dum satis ad illum casum porrecta est,) per omnia requisita, sive vera sive prætenfa, congruere experieris. Et plurima sibi hactenùs in hisce *Electores* tribuunt. Cæterùm, quæ *Justus Asterius*, seu *Didacus Stella*, in Electione *Ferdinandi III.* desideravit, ea jam dudum excussit *Schützius*; sed tamen facilis *Stella* reprimi poterat, quàm ut ad quædam improbabilia deveniretur. *Herdenus* etiam plures circâ *Electionem Ferdinandi IV. P. II. c. 1. der Grundfeste / p. 59. seqq.* adducit observationes. Sed adde *Bedencken ad Eund. p. 24. seqq.*

Involvit hoc argumentum, *de Electio-
ne Regis Romanorum*, potius quàm explica-
vit, *Henrici Zöllneri* (s.) *dissertatio V. in Nu-
cleo J. P. Arumæus* divisit 1. An vivo Impe-
ratore. 2. An invito eligi possit? *vol. 1. disc.*
4. & 5.

(s.) *Zöllneri*. quæ maximam partem alie-
na continet, generalia etiam, aut Cæsari communia, tum
& amethodicè congesta. Errori quoque inter cæteros
innexus fuit, § 21. quòd Rex Romanor. Cæsaris *perpe-
tuus* sit *Vicarius*. De *Arumæi* autem traditis abundè ju-
dicari poterit ex his, quæ hucusque exaravimus.

Hinc decus eximium Claris insistere cœptis:
Perficiet PROPERUS suaviter hæcce dies!
Quod voveo Nob. & Præstant. Juveni, DN.
PREU, Auditori meo interiori,
N. C. Lyncker, D. P.

Qui venerare Deos terrestres, juraque Regum
Aufoniùm: sanctam rem, mihi chare, facis,
Auguror, hic quondam referet tibi splendida Cultus
Munera. Jam te ingens fama decusque manet.
Gratulabundus approperabat
Woldemar v. Kirchring/ EQV. HOLSAT.
F I N I S.

299.

B. M. II sp.
h. 12, 5.

RO


DN. NI

CON

FACU

DOMIN

JO. Z



II R
1572

RUM,

PHORO
TO
EGIM,

DECANO:
ASSESS.

T PRÆ.

SIMO:

RUM

PREU,

NIS,

f. 24.

11-16

19.

